



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCLXXIII. Die Wittwe Hermann Wistede's stiftet in der Katharinenkirche zu
Salzwedel drei Lichte zu Ehren der Himmelskönigin, am 30. April 1402.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

opidi Soltwedelen, verdenſis dioceſis petitio continebat, quod ſepe contingit dictum opidum ex eo, quod nonnulli Barones, Milites, armigeri et alii Nobiles et etiam populares ipſarum partium variis de cauſis excommunicationis ſententia innodati et quibus eccleſie ingreſſus exitit interdictus, ad opidum ipſum pro treugis faciendis aut aliis eorum negotiis expediendis ſeu tractandis declinantes, ibidem moram faciunt, eccleſiaſtico ſupponi interdicto et quandoque propter adventum et moram ipſorum excommunicatorum hujusmodi excommunicationis ſententiam animis induratis ſuſtinentium, dilectos filios clerum dicti opidi per plures dies poſt hujusmodi excommunicatorum et interdictorum ab eodem opido reſeſſum, prout ex forma provincialium et Synodalium conſtitutionum vel proceſſuum ſuper literis apoſtolicis habitorum, quarum ſeu quorum uigore hujusmodi Barones, milites, armigeri, nobiles vel populares excommunicati et interdicti exiſtunt, alias legitime, preter tamen culpam ſeu cauſam Proconſulum, Conſulum et univerſitatis predictorum, ceſſare oportet a divinis, propter quod divinus cultus et fidelium devotio diminuitur ibidem, in animarum periculum et ſcandalum plurimorum. Quare pro parte Proconſulum, Conſulum et univerſitatis predictorum nobis ſuit humiliter ſupplicatum, ut providere ipſis ſuper premiſſis de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui divinum cultum augeri, devotionem populi conſervare, et animarum periculis obviare intenſis deſideriis affectamus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, prefatis clericis, ut, ſi hujusmodi excommunicati et interdicti ob premiſſas et alias cauſas cauſaliter ad dictum opidum acceſſerint, vel ibidem aliquam moram traxerint, etiamſi incole et habitatores ipſius opidi fuerint, vel in eodem opido lares ſuos ſoverint, aut ibidem aliqua bona mobilia vel immobilia obtinuerint dummodo Proconſules, conſules et univerſitas predicta illos exinde expellant, aut ipſi excommunicati et interdicti exinde ſponte reſeſſerint, ut iſdem clericis in eorum eccleſiis, capellis ejusdem opidi in eorundem Proconſulum, Conſulum et univerſitatis et ſingularum perſonarum univerſitatis hujusmodi preſentia divina officia, excommunicatis tamen et interdictis excluſis, per ſe celebrare vel per alios ſacerdotes idoneos facere celebrari, licite poſſint, dummodo opidum ipſum alias ſpecialiter eccleſiaſtico non fuerit interdicto ſuppoſitum, vel id clero aut proconſulibus, Conſulibus et univerſitati prefatis ſeu alicui vel aliquibus eorundem non contigerit ſpecialiter interdici, de ſpeciali gratia tenore preſentium indulgemus, apoſtolicis nec non hujusmodi provincialibus et ſynodalibus conſtitutionibus ac aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſeſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſuſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum, III Non. Januarii, Pontificatus noſtri Anno tercio Decimo.

Nach dem Originale des Salz. Archives VII, 3.

CCLXXIII. Die Wittve Herman Wiſtede's ſtiftet in der Katharinenkirche zu Salzwedel drei Lichte zu Ehren der Himmelſkönigin, am 30. April 1402.

In dem namen des heren Amen. Dat de dink gheſchen in der tyt nicht vorghan myt der tyd, ſo ys des nott, dat men dat myt breuen veſtighe vnde beware. Dyt is, dat we Hermen

Buk vnde Hanse plote, to dyffer tyt olderlude ofthe ghesworen ghenomet des ghodeshufes der hilghen iuncvrouwen sunte katherinen in der nyen stat to Soltwedel, Bekennen vnde betughen in disseme apenne breue vor alle den ghenen, de ene sen edder horen lesen, dat we myt vulbort vnde witecop des prouestes vnde des capitels der heren to dem hilghengheste vnde vnser perers vnde der Ratmannen der nyenstat to Soltwedel, vnser heders vnde heters, hebben vorkoft vnde vorkopen met bewisinghe diffes breues twe mark penninghe soltwedelscher munthe alle yar, de wile dat dat godeshus bestan mach, der erleken vrouwen hesen, hermen wifleden wedewe, dem got gnedich sy, In duffer wile vt toghende vnuortoghert, dat we vnde vnse nakomelinghe scholen vnde willen in deme ghenomeden ghodeshuse maken ofte maken lathen vor de twe mark penninghe dre licht van vesteyn punt wasses to vnser leuen vruen laue in der vasten, meynliken ghenomet Salue regina. Hir vor heft disse erghenomedede hese, Hermen wifleden wedewe, dem erghenomededen ghodeshuse Sunte katherinen ghegheuen vnde verwiset myt nughe, in sachtnisse der pyne erer zele vnde eres mannes vnd erer leshoueden, vnde merunghe des lones an dem tokomenden leuende, eluen mark suluers in dem huse Rulen gladegowes in der gherwer straten nu to disser tyd, dat de sulue Rule gladegowe deme Rade to segghen schal vnde mach, wan em ofte synen eren dat erghenomedede vorwifede ghelt nicht lengher engadet. Alle disse vorbenomedede stücke schulle wy vnde willen erghenomededen olderlude ofte ghesworen diffes vake ghenomeden godeshufes der hilghen iuncvrouwen Sunte katherinen vnde vnse nakomelinghe stede vnde vast holden ane iengherleye inual der vortogheringhe ofte vorsumenisse. In wifheyt vnde bewisinghe desfer varscruenen stücke, so hebbet de erfamen heren vnde lude prouest her Nicolaus vnde dat capitel to dem hilghengheste, her iohan luchowe, perer to sunte katherinen, vnde de Ratmanne der nyenstat to Soltwedel, vnse bydere vnde heters, dissen bref wiliken befeghelen lathen myt eren inghefeghelen, de ghegheuen is na godes bort dusent yar verhandert yar dar na in dem anderen vare, an deme auende philippi vnde Jacobi der leuen apostolen vnser heren.

Nach dem Originale des Salz. Archives XXXII, 10.

CCLXXIV. Der Altmeister der Glendengilde präsentirt dem Propste zu Salzwedel einen Geistlichen für den Marienaltar in der Marienkirche daselbst, am 13. August 1403.

Honorabili viro domino preposito in Soltwedel Aut eius vices gerenti Coppe Schernekow, Senior Magister fraternitatis seu gfulde exulum In antiqua Ciuitate, Sinceram in singulis et placendi voluntatem. Ad altare Beate marie virginis et sanctarum vndecim milium virginum Situm in ecclesia eiusdem beate marie virginis in Soltwedel per liberam resignationem discreti viri domini ludolfi pystoris alias dicti de Rossow vacans Cuiusque Juspatronatus ad me dinoscitur pertinere, Discretum virum dominum ludolfum Schulten presbyterum, exhibitorem presentium, cui idem altare contuli ac publice confero, Cristi ob amorem vobis duxi presentandum, Studiosius rogans, Quatenus eundem dominum ludolfum Schulten de eodem dignemini investire et in corporalem inducere possessionem facientesque sibi de vniuersis eiusdem altaris Redditibus ac fructibus per eos quorum interest plenarie responderi. Datum Soltwedel, Anno domini millesimo